



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi
Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo
Coloniæ, SS. Theol. Licent.**

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Oratio ante Horas Canonicas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

blasphema, turpia, vana, otiosa, iocosa,
noua, cum sacris admittere. Sed quantâ
reuerentiâ te psallere par est, qui pro o-
mnibus, qui Deum inhonorant & igno-
rant, venis ut adores & honores? O
quantâ nos meritò verecundiâ affici de-
bemus, quos pudet irreuerenter agere
cum hominibus, & non cum Deo, Rege
regum!

ORATIO ANTE HORAS
Canonicas.

Aperi, Domine, os meum ad benedicen-
dum nomen tuum: cupio enim tibi at-
tentè & fideliter psallere, teq; purè laudare
in vnione & virtute illius perfectissimæ atten-
tionis, qua tu Patrem orasti & laudasti in ter-
ris, & hymnum in horto dixisti: præmœsti
cordis angustiâ, cum sudore sanguinis orans:
adiuua me gratiâ tuâ, sine qua nihil possum,
& vis immensæ charitatis tuae suppleat omnem
defectum meum, ut placeat tibi obsequium ser-
uitutis meæ, quod offero ad gloriam nominis
sui, ad meam proximiq; salutem. Amen.

Ruminabat sub cantu, dum mora que-
dam interponeretur, similia: Quorsum sub cant
mihi vitam dedisti, ô summe Deus? quare me ^{aspira-}
^{tiones}

D 4

for-

formasti ad imaginem tuam, & similitudinem tuam? quare me sanguine tuo redemisti? quare me in hoc vita statu, cur hoc in loco collocasti? Nonne ut seruiam, placeam & viuam tibi, ut laudem te nunc & in eternum? Verè, Domine, tu es pars hereditatis meæ & calicis mei, ô Deus meus, & omnia. Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid' volui super terram? In manibus tuis sortes meæ, &c. Inops & miser sum ego; ex te vero omnis sufficientia mea. Tu ergo operi manuum tuarum porrige dexteram. Adorna me virtutibus ac donis statui meo magis necessarijs: confirmahoc, quod operatus es in me; tolle à me, quidquid tibi displicet in me, & tribue, per quod perfectius amem & colam te.

Id ipsum in diurna quadam recollectione versabat animo, & attentiùs meditabatur.

ORATIO POST OFFICIVM, AVT longiorem Orationem.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, ô Rex regum, optime, potentissime, & sapientissime. Defectus & errores eiusdem ignoscat, quæso, Paterna Clementia tua, & fuscipe eam in unione omnium orationum Christi Domini, & sanctorum in cœlo & in